

propter Deum et eum, in cuius vicem curas ecclesiarum Dei solvitis, esse digneris, et nostrum audias clamorem, ne spes nostra confundatur et ecclesia usque hactenus illuminata suo decore maledicorum insultatione fuschetur. Quapropter studuimus mittere ad vestra pia vestigia fidelem missum nostrum Dominicum presbiterum, ut verba eius clementer audire jubeas. Expletis his humillimis suggestionibus nostris, oramus remuneratorem bonorum Christum vestram apostolicam gloriam per multa aevi curricula gubernet inlesa. Amen.

52. - 827-829. *Fondazione del monastero di S. Zaccaria.*

FONTI: Arch. di Stato, Venezia, S. Zaccaria, pergamene, b. 40: cod. Trevisano, c. 35, n. 25.

EDIZ.: Tafel u. Thomas., *Urkunden zur älteren Handels u. Staatsgesch. der Republik Venedig.*, in «*Fontes Rer. Austr., Diplomata*», XII 2, n. 1; Romanin, *Storia documentata della Repubb. di Venezia*, Venezia, 1853, I, 548.

Il diploma è una patente falsificazione, sia pure di data antica, se figurava nel vecchio *Catastico A. c. 14 v.*, *Rotolo segn. n. 1 in armer.*, è lo stesso esemplare tuttora conservato, di evidente fattura tardiva. Taluno volle difendere l'autenticità del diploma; il testamento del duca Giustiniano (v. n. 53) la smentisce.

Cognitum sit omnibus christianis et sancti Romani imperii fidelibus tam praesentibus quam illis, qui post nos futuri erunt, tam ducibus quam patriarchis atque episcopis seu ceteris primatibus, quia ego Iustinianus, imperialis hypatus et Venetiae dux, pro revelatione Domini nostri omnipotentis et jussione domini serenissimi imperatoris pacis et conservatoris totius mundi Leonis, post multa nobis beneficia concessa, feci hoc monasterium virginum in Venetia, secundum quod ipse jussit aedificare de propria camera imperiali et secundum quod jussit mihi statim cuncta necessaria auri sive argenti dari. Tunc etiam nobis reliquias sancti Zachariae prophetae et lignum Domini atque sanctae Mariae pannum sive de vestimentis salvatoris et alias reliquias sanctorum nobis